

Philippo maiori decano Coloniensi, qui sibi in episcopatu successit, et fidelibus ecclesie per nuncios intimavit, et montem predictum per ipsos occupari mandavit. Quod cum ita factum esset, et dicti principes in suo proposito se preverentes sentirent, ipsi bellum ad feriam secundam ¹in rogationibus in campis Andornacensibus Coloniensibus indixerunt. Quo facto ex industria prefati Philippi decani et prelatorum Coloniensium tantus equestris pariter et ^{ped.} ~~exercitus~~ ²exercitus occurrit, qualem ex tot preclaris nobilibus et fortibus Teutonicis ³in acie congregatos ⁴in memoria non habetur. Nam computati fuerunt plus quam 125 milia bellatorum. Unde nullus dictorum principum fuit ausus venire, cum tamen fuissent per Colonienses diebus 12 expectati. ⁵Dictus igitur Philippus decanus cum ministerialibus et fidelibus Coloniensibus in dicto monte castrum posuit ad munimen Coloniensis ecclesie, quod usque hodie Coloniensis ecclesie allodium Ryneke ⁶h) nuncupatur. ⁷Inter hec autem idem dominus Reynaldus archiepiscopus super omnes principes ⁸imperatorii devotus et fideliter serviens eidem ⁹hec tam iocunda nova percipiens in Italia impetrata ab ipso imperatore grata licentia et acceptis ab ipso in dono preciosissimis muneribus scilicet corporibus ^{m)}beatissimorum trium regum ⁿ⁾neon duorum martirum ^{o)}videlicet Felicis et Laurentis, que quidem sanctorum reliquie in civitate Mediolanensi per imperatorem tunc temporis ^{p)}capta atque destructa fuerant usque illuc recondita, cum dictis venerandis reliquiis in vigilia b. Jacobi apostoli sub anno domini 1164 cum gaudis et exultatione

b) se deest 1. c) terciam 3. d) ped. et equ. par. 1. e) Theuth. 1. 3. Theut. 2. f) congregans 3. congregatus 4. g) expectati 1. 2. h) Rynecke 1. Rynek 3. i) appellatur 2. vocatur 3. k) super princeps 3. l) eidem deest 2. m) corporis 3. n) regum 1. 4. o) martyrum 1. p) tunc temporis deest 1.